



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Num cucullus religiosa sit vestis. Cap. III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

reponere. At qui non modo somnum capere solus non potui, sed &c. *MO. E.* ho tam cito. Reuera iam plus satis mundo plenus eras. *MIL.* Excusso igitur cucullo, monachis cum maledictis valesceci. *MON.* Nihil interim in mundo acerbius perpeffus es quam illo in cœnobio pertuliffes? *MIL.* Multa profectò. Nam & media sæpè hyeme frigida indutus lorifã inter hostium agmina cum vitæ periculo æquitauit, quando vsq; eo intensa erant frigora, vt pedes non sentirem. Multis etiam noctibus, in tentorijs gelida humo recubui: itemque plures noctes aleis & chartarum lusibus infomnes exegi. Interdũ etiam belli tempore nec panem habui, quo famem explerem, ad eò nihil vsquam efculentum poterat obtineri: contra verò sæpè noctes atque dies continuos comedendo, largiter potado, vomedoq; transegi. *MON.* Deus bone quid audio. *MIL.* Interim nonnunquã vitrũ attritũ, aut tomentũ, vel calcamentorum corrigias siue lignũ & alia pleraq; absurda edere oportebat. *MON.* Quid te, vt id ageres, cõpellebat? *MIL.* Alius aliũ cõpellere solet. Propinat mihi quispiã ipse nihil abnuo, itaque quicquid primũ ille facit idẽ me imitari necesse est, tum edendo, tum potando, etiam si sterqus equorum, aut canum vrinam prior ille sumpferit. *MONACHVS.* Ista videlicet Euangelica sunt opera. Quisnam hic ordo est bone Deus? o quam duram præstatis te tris spiritibus seruitutem. Cõtẽ minori negotio possesit cruciamenta mereri inferorum. *MILES.* Vbi pariter fumus, nihil id nobis molestiæ adfert. *MONA.* Vel hinc ergo colligere possis, quam nihil graue sit Deum amanti, diuinash; percipienti consolationes fernire Deo. Et tamen vitam vestram Christus laborem & onus appellat, à quo nos liberamur, cùm stauæ Christi iugum & leue onus in nos recipimus: tanto scilicet facilius ac tolerabilius est Christi, quam cacodæmonis seruitus. *MI.* Hem semper fere ab instituto delabimur. *MONAC.* Nihil refert, Cerno equidem magis opus te habere, vt de tuapte instituaris vita, quã vel cœnobitica, vel cuiusuis alterius status vel ordinis. *MILES.* Verum forsasse dixisti. Attamen libet monachorum vitã habere exploratã: neq; tantisper expectare queo, donec libellũ ante memoratum euoluam. Dic igitur, cur hoc genus vestimentũ vtamini. *MONA.* Iam satis feci tibi.

Matt. 11.

Num cucullus religiosa sit vestis.

Caput III.

Miles.

Satis fecisti quidem mihi, fateor, cur peculiarem geratis habitum: at scire velim cũm singulare quiddam sectari velitis, qua tandem ratione permoti sitis, vt cucullum tunicæ siue pallio annexum aut scapulare, quod vocant, monachi omnes, quotquot mihi videre contigerit, habere decreueritis, quo sicut, suis cucullis moriones, regimini? *MON.* Iam ante dixi tibi simplicem nos atque humilem circumferre habitum, idque secundũ spiritum, non pro mundi saltu vel gloria. Atque istiusmodi indumenti species, vel forma, nedum in veteri, sed etiam nouo testamento in vestibus cultus Dei præcipue in vñu fuit. In veteri quidem testamento, cũm Deus vestes, quibus Aaron Pontifex, & post eum summi præfules vti deberent, exprimeret etiam

Exo. 28. 29

etiam tunica hyacinthina meminit: in cuius medio supra esset capitium. Prophetæ quoque & eorum discipuli, quos scripta diuina filios Prophetarum vocant, qui teste D. Hieronymo veteris testamenti monachi fuere, peculiari quodam vestium genere vnde agnoscebantur, sese operiebant, id quod in Elia propheta manifestè apparet. Cum enim Ochozias Samariæ Rex ægrota- ret, misissetque nuntios qui consulerent Beelzebub Deum Accaron, vtrum vi- uere posset de infirmitate sua. Elias eis pergens obuiam, reprehendit eos, quod ad demonem consulendum missi essent: iussitque eos redire ad Regem, eiq; quod moriturus esset, renuntiare. Reuersi nuntij verba quidem Elia re- tulerunt ad Regem, sed cum quisnam esset indicare nequirent tandem ex de- scriptione habitus Rex Eliam esse didicit: Eliseus itidem cum vnum ex di- scipulis suis misisset, qui Iehu vngeret regem super Israel, isq; clam peractis omnibus abiisset, reliqui principes, qui eum antea viderant, dixerunt ad Ie- hu: *Quid venit insanus iste ad te?* Animaduertis hinc vt Prophetarum vestes tanquam morionum habitum duxerint, neq; secus eos derisui habuerint, at- que hodie monachi, eorumque cuculli habentur: cum tamen ipsi monachi suū institutum, nedum, quod ad vestes attinet, sed etiam morem, Deum cantu ac precibus laudandi à Prophetis sumpserint sicut in libello tibi abs me tra- dito comperies. Itaque sodalitates religiosorum, qui in promissionis terra a- pud Prophetas ceu eorum Discipuli multis locis commorabantur, sin- gulare vestimenti genus in vsu habebant, cui verisimile est capitium anne- xum fuisse: qua de causa à mundi sapientibus velut insani aut fatui deride- bantur. Porro in nouo testamento, si vestes quæcum in Missæ sacro vsus est, inspicias, aduertis nimirum vesti sacræ, qua sacerdos indutus est, supernè ad- iunctum velut cuculli monastici capitium: iridemque vesti illi, qua sub Ma- gnificat thuribulum gestans vititur. In plurium etiam Episcopatum sum- mis collegijs & parochijs Canonici quoddam circumferunt pallium mona- stico capitio præditum: quo similiter etiam ipsi Parochi, aut eorum vicarij multis locis indui consueuerunt. Cardinalium quoque habitus nihil ab mo- nastico cucullo differt. Doctores item Theologi, dum simul conueniunt causa religionis supra cæteras vestes velut integrum gerunt cucullum, cu- iusmodi S. Benedicti sectatores in vsu habent. Alias tum ipsi, tum alij vni- uersitatum studiosi in humeris quasi monachi capitium ferunt: vsque adeo hæc vestis religiosa habetur, vt propè ordines vel status omnes serio quip- piam æturi, aut grauitate in præ se laturo, monasticum sibi cucullum adhi- beant: sicut etiam quibusdam locis illi, qui funus deferunt aut lugent, ocu- los & caput cucullo monastico obtegunt, itemque in oppidis dum venerabile Sacramentum fertur ad ærotum, scholastici quidam ipsum Sacramentum antecedunt, in capite cucullum gerentes, ydemque cæcos vel sacra vexilla por- tantes. Et quid me multa commemorare attinet? In ipsis fidei nostræ primis initijs, quando etiam adulti & iustæ ætatis homines ad baptisma veniebant, Christianorum omnium primus habitus vestis erat alba assutum habens capitium, quo ceu monastico cucullo, caput tegebatur: eamque vestem diebus octo ferebant. Quare hodieque octaua dies post Pascha, dominica in albis dici- tur. Tum enim omnes illi, qui in sabbato sancto baptizati fuissent, in albis vestibus pariter in templo conueniebant, vbi de vita piè instituenda & transi-

4. Reg. 1.
Hieron.
Monachi
veteris te-
stamenti qui
fuerint.
4. Reg. 1.

4. Reg. 9.

Vestis reces
baptizatorum
qualis olim
fuerit.
Dominica
in albis que-
nam quæ re-
que sic dicta
fit.

gen-

Vita mona-
stica cur in-
stituta sit.

figenda quædam ad eos fiebat adhortatio: ac deinde communes & honestas
vt ante baptismum, vestes assumere permittebantur. Quod autem ita vt di-
xi, primus Christianorum habitus, vestis monastica fuerit, etiam hodie
multis Germaniæ ac Italiæ Episcopatibus probari potest, vbi infantes, dum
è sacro fonte leuantur, parua primum interula induuntur, cui annexum est
capitium est, monastici cuculli schemate, in ipsoq; crucis signum affutum est:
cuiusmodi interulas beatissima illa Elizabeth Regina pauperulis ingenti
cum deuotione conficere atque donare solita fuit. Estq; hic mos peruetustus,
hodièq; perseverat, & in ipsis nostræ religionis initijs obseruatus fuit. Facile
igitur hinc potest elici, primum Christianorum indumentum monasticæ
religionis abijciunt vestem, ita etiã ea quæ in baptismo Christo polliciti sunt, de-
serunt ac contemnunt. Atqui cum vita monastica eo consilio instituta sit vt il-
lius professores ad eam redeant innocentiam, quam in baptismo & post ba-
ptismum suè adepti, hoc est, vt Christo iam integrè præsent, quicquid
in baptismo promiserunt, ea re etiam eiuscemodi vestimenti genus quo in
cenobijs vtantur, eis assignatum est, quale in baptismo primum suscipere
ac induci sunt, vt vel ipso suo habitu commoueantur in ea degere innocen-
tia, quam in baptismo sunt consecuti. Ergone hoc tibi piùm, religiosum &
Christiano homine dignum videtur? MIL. Siquidem sic se res habet, vt ipse
asseruas, non est quod contra dicam. Sæpè sanè & audiui & perspexi foeminas
dum parui propinquæ sunt eiusmodi quales ipse commemorasti confi-
cere interulas: sed quando infantes ijs induantur, non vidi. MON. Nunquam
ne infantem vllum è sacro fonte leuasti? MIL. Ita, semel duntaxat. MON. Nò
ergo tum id obseruasti? MIL. Quid verò id obseruassem, qui aliam tum mente
tractabam. Et reuera sacrificulus ille vsque adeo suis preculis ex libro pro-
latis nos detinebat, vt plus me defatigari sentirem, quam si duodecim horis
continuis equitarem: atque interim toties infantuli nomen exprimere illi
cogebat, vt mecum ipse cogitarem, nam tam esset obliuiosus, vt nomen illius
memoria tenere non posset. Et si quidem hora fuisset præmeridiana benè po-
tium illum suspicatus essem. MON. Absurdè satis loqueris, nec aduertis tamen
tete quoque cucullum gerere. MIL. Qualè cucullum? MON. Quæso te bardo-
cucullus, vel recinium Hispanicum nonne monachi cucullus dicitur? MIL.
Apage te cum tuo cucullo: satis iam superiq; eo meas obtudisti aures. Velim iã
de canone me certiozem reddas. MON. De quo tandem canone?

Virumne canones monastici & tria vota ex Euangelio profecta sint.

Caput IIII.

Miles.

I Amante dixisti mihi, quendam vos monachos canonem amplexos esse.
Sed Christus in Euangelio suum nobis canonem tradidit, quem quisquis
seruauerit, saluus erit. MON. Ita est vt dicis. MIL. Cur igitur hunc vos non
recipitis, per quem salui esse possitis? MON. Vtiq; & nos eum recepimus. MIL.
Quando verò? MON. Dicam id equidem ac iubens precor tamen interim ip-
se, qui Euangelicus vis haberi, dicas mihi, quandonam Christi canonem su-
sciperis